



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Pro quibus peccatis possit fieri separatio vel non. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Matth. 5. &
19. lib. 1.
Aug. in ser.
Domini in
monte.*

tionem vero generalē, & vniuersalem intelligere cogimur, non modo scilicet corporalem, sed & spiritualē, de qua Aug. ait, Idololatria & quælibet noxia superstitio fornicatio est. Dñs autem permittit & causa fornicationis vxorem dimitti, sed non iussit: & sic dedit Apostolo loco monendi, vt qui voluerit non dimittat: pōt tamen licitè dimittere. Si n. fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quanto magis fornicatio mentis, i. infidelitas,

Pro quibus vitis possit dimitti.

*Ibidem. ubi
supra, paulo
in sermone.*

Si a. quæris, An propter aliud vitium, nisi propter infidelitatē vel idololatriam, possit dimitti? Attende quid Aug. ait. Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria, non est dubitandum, & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo quamlibet illicitam concupiscentiam potest à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias non tantum, quæ in stupris cum alienis viris vel foeminis committuntur, sed ob quaslibet, quæ animam à lege Dei aberrare faciūt & perniciosè corrumpūt, possit sine crimine & vir vxorem suam dimittere, & vxor virum. Item, Refussime dimittitur, si viro suo dicat, non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges: vel nisi solita lenocinia exerceas, aut si quid aliud facinorosum vel flagitiosum à viro suo expetat. Tunc ille, si veraciter pœnitens est, habetque fidem per dilectionem operantem, membrum, quod eum scandalizat, amputabit. Ex his apparet, quod non solum infidelitas, sed etiam quælibet concupiscentia, quæ perniciosè turpiterque corrumpit, fornicatio spiritualis est: per quā vir vxorem, vel vxor virum dimittere potest. Cōsulit tamen Apostolus, ne fidelis dimittat infidelem volentem cohabitare, nec à Deo reuocare.

*Act. de fide
& operibus
cap. 16. 20. 4.
Matth. ult.*

1 Cor. 7.

Si fideli liceat aliam ducere infideli discedente vel dimissa. B

H 1 4